# Marculf Praefatio (lat)

IN DEI NOMEN[a] INCIPIT PRAEFATIO[b] LIBRI HUIUS[c]

Domino sancto, meritis beatissimo et apostolico semper honore suscipiendo omnique praeconio laude[d] caelebrando[e] domino ac[f] reverentissimo[g] pape[h] **Landerico**[i] Marculfus, ultimus ac[j] vilissimus omnium monachorum.

Utinam, sanctae[k] pater, iussionem[1] vestram[l] *tam efficaciter*[m] *quam* spontaneae[n] obtemperare valuissem, quia iam supra[o] vires meae possibilitatis[p] conatus sum iniunctum a vobis subire negotium, cum fere septuaginta[q] aut amplius annos expleam vivendi[r] et nec iam[s] tremula ad scribendum manus est apta, nec ad videndum mihi sufficiunt oculi[t] caligantes[u], nec ad excogitandum[v] sensus[w] sufficit ebitudo[x] quia iuxta dictum[y] vobis[z] cuiusdam prudentissimi viri: „*In pueris*[2] *crescit sensus, in iuvenibus viget, in senibus minuetur*[aa]“. Propterea eliganter[ab] facere non potui, ut volui. Feci tamen ordinatus[ac] ut potui. Non[ad] solum ea que iussistis[ae] verum etiam[af] multa alia. In hanc scedola[ag] tam praeceptiones[ah] regales quam cartas[ai] pagenses[aj] iuxta simplicitate[ak] et rusticitatis[al] meae natura[am] intimare curavi. Scio enim multos fore[an] et vos et alios[ao] prudentissimos viros[ap] et eloquentissimus[aq] ac[ar] rethores[as] et[at] ad dictandum peritos, qui ista, si legerint[au] pro minima[av] et[aw] velud[ax] deliramenta[ay] eorum conparata[az] sapientiae[ba] reputabunt vel certe legere dedignabunt[bb] Sed ego non pro talibus viris, sed ad exercenda[bc] initia puerorum, ut potui, aperte et simpliciter scripsi; cuilibet[bd] exinde aliqua[be] exemplando faciat enim[bf] Si vero displicet[bg] nemo[bh] cogit[bi] invitum. Nec praeiudicat mea rusticitas eruditorum et rethorum flores[bj] verborum[bk] et eloquentiae[bl] facundiae. Sunt praeterea nonnulla negotia hominum, tam in palatio quam in pago, quod scribere[bm] non queunt, antequam invicem conferantur, et iuxta proposiciones[bn] vel responsiones aeloquia[bo] eorum tunc scribantur[bp] et gesta. Ego vero hanc, quod[bq] apud maiores meos iuxta consuetudinem loci, quo degimus[br] didici[bs] vel ex sensu[bt] proprio cogitavi, ut potui, coacervare[bu] in unum curavi. Et capitula[bv] praenotavi, ut facilius quod[bw] voluerit a querenti[bx] in antea[by] scripto[bz] reperiantur.

---

[a]IN … NOMEN] *fehlt* $P_3$, *Lin*
[b]PRAEFATIO] PREFACIO $P_3$, *Udd*
[c]LIBRI HUIUS] HUIUS LIBRI *Lin*
[d]laude] laudis *Lin*; [laude] *Udd, der* laude *ursprünglich für Glosse hält*
[e]caelebrando] celebrando $P_3$, *Lin*
[f]domino ac] domno hac $P_3$, *Udd*
[g]reverentissimo] reverendissimo *Lin*
[h]pape] papa $P_3$, *Udd*; papae *Lin*
[i]Landerico/Aeglidulfo] Landerico $P_{12}$, *Lin, Udd, Zeu*; Aeglidulfo $P_3$; Agiloffo *(?) Fu*[†]. *Die* Praefatio *wurde als Formel verstanden und entsprechend als Muster für unterschiedliche Adressaten genutzt; ob es sich bei Landericus tatsächlich um den ursprünglichen Empfänger handelt, ist unklar*
[j]ac] hac $P_3$, *Udd*
[k]sanctae] sancte *Lin*
[l]iussionem … vestram] iussioni vestrae *Lin*
[m]efficaciter] efficatiter $P_3$
[n]spontaneae] spontaniae $P_3$, *Udd*; spontanee *Lin*
[o]supra] super $P_3$
[p]meae possibilitatis] maeae possibilitatem $P_3$
[q]septuaginta] lxx $P_3$
[r]vivendi] vivendo *verbessert aus* vivendi $P_3$
[s]iam] *fehlt* $P_3$



Marculf Praefatio (lat), Formulae-Litterae-Chartae Projekt. Hamburg 2023-08-31
URL: https://werkstatt.formulae.uni-hamburg.de/texts/urn:cts:formulae:marculf.form000.lat001/passage/1
Downloaded: 2024-09-09

[t]sufficiunt … oculi] oculi sufficiunt *P*$_{12}$, *Lin*, *Udd*, *Zeu*
[u]caligantes] coligantes *P*$_{12}$, *Udd*
[v]excogitandum] cogitandum *P*$_{12}$, *Lin*, *Zeu*
[w]sensus] *fehlt P*$_{12}$, *Lin*
[x]ebitudo] bebetudo mentis *Lin*
[y]dictum] datum *P*$_{3}$
[z]vobis] *fehlt Lin*
[aa]minuetur] minuitur *Lin*
[ab]eliganter] eligant$^{2}$ *P*$_{12}$; eleganter *P*$_{3}$; qui eleganter *Lin*
[ac]ordinatus] ordinate *Lin*
[ad]Non] nec *Lin*
[ae]iussistis] iusisti *P*$_{3}$; iussisti *Lin*
[af]etiam] et quam *P*$_{3}$
[ag]hanc scedola] hac scedula *Lin*
[ah]praeceptiones] preceptiones *P*$_{3}$, *Udd*
[ai]cartas] chartas *Lin*
[aj]tam … pagenses] tam cartas pagensis, quam preceptiones regales *P*$_{3}$
[ak]simplicitate] simplicitatem *P*$_{3}$, *Lin*
[al]rusticitatis] rusticitate *emendiert Udd*
[am]natura] nature *P*$_{3}$, naturam *Lin*
[an]multos fore] multas fovere *P*$_{3}$
[ao]et … alios] fehlt *P*$_{3}$
[ap]viros] *über der Zeile ergänzt P*$_{12}$
[aq]eloquentissimus] loquentissimus *P*$_{3}$; eloquentissimos *Lin*
[ar]ac] hac *P*$_{3}$, *Udd*; *fehlt Lin*
[as]rethores] rectores *P*$_{3}$
[at]et] *fehlt P*$_{3}$
[au]legerint] legerent *P*$_{3}$
[av]minima] re minima *Lin*
[aw]et] *fehlt P*$_{3}$
[ax]velud] velut *Lin*
[ay]deliramenta] deleramenta *P*$_{3}$, *Udd*
[az]conparata] comparata *P*$_{3}$, *Lin*
[ba]sapientiae] sapiencie *P*$_{3}$, *Udd*
[bb]dedignabunt] dedignabuntur *Lin*
[bc]exercenda] exercendam *P*$_{12}$
[bd]cuilibet] cui libet *Udd*, *Zeu*
[be]aliqua] alia *Lin*
[bf]enim] *fehlt P*$_{3}$, *Lin*
[bg]displicet] displicit *P*$_{3}$, *Udd*
[bh]nemo] neminem *Lin*
[bi]cogit] agit *P*$_{3}$; cogo *Lin*
[bj]flores] floribus *Lin*
[bk]verborum] *verbessert aus* veborum *P*$_{12}$; verberum *P*$_{3}$
[bl]eloquentiae] [eloquentiae] *Udd*, *der* eloquentiae *ursprünglich für Glosse hält*
[bm]quod scribere] que scribi *Lin*
[bn]proposiciones] praeposiciones *P*$_{12}$; propositiones *Lin*
[bo]aeloquia] *verbessert aus* eloquia *P*$_{12}$; eloquia *P*$_{3}$, *Lin Zeu*
[bp]scribantur] scribuntur *Lin*
[bq]hanc quod] haec quae *Lin*
[br]quo degimus] *für* quod egimus *P*$_{12}$, *so auch Udd*, *Zeu*; quo degimur *P*$_{3}$.
[bs]didici] dedici *P*$_{3}$.
[bt]sensu] censo *P*$_{12}$
[bu]coacervare] quoacervare *P*$_{3}$, *Udd*
[bv]capitula] capitulis *P*$_{3}$; capitulum *Lin*
[bw]quod] quae *Lin*
[bx]a querenti] a querente *P*$_{3}$, *Udd*; adquirenti *Lin*



Marculf Praefatio (lat), Formulae-Litterae-Chartae Projekt. Hamburg 2023-08-31
URL: https://werkstatt.formulae.uni-hamburg.de/texts/urn:cts:formulae:marculf.form000.lat001/passage/1
Downloaded: 2024-09-09

[by]in antea] inantea *Udd*, *Lin*
[bz]scripto] scripta *$P_3$*, *Udd*

[1]Orosius, *Historia adversus paganos*, prol.
[2]Isidor, *De Differentiis* II,84



Marculf Praefatio (lat), Formulae-Litterae-Chartae Projekt. Hamburg 2023-08-31
URL: https://werkstatt.formulae.uni-hamburg.de/texts/urn:cts:formulae:marculf.form000.lat001/passage/1
Downloaded: 2024-09-09